

Band I., Nr. 179, Seite 208-209

König Konrad (I.) nimmt das Kloster St. Gallen unter seinen Schutz und bestätigt dessen verschiedene Gerechtsame, sowie namentlich die durch Bischof Salomo demselben zugekommenen Erwerbungen an genannten Orten.

Straßburg, 912. März 14.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Chuonradus, divinae largitatis munere rex. Noverit omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet et futurorum, industria, quia vir venerabilis Salomon, Constantiensis ecclesiae praesul et abbas monasterii S. Galli, per interventum Hathonis, venerandi patris et religiosi archiepiscopi¹, Heburhardique germani fratris nostri, et aliorum fidelium nostrorum, nos imploravit, quatenus ea quae ab antecessoribus nostris, regibus videlicet et imperatoribus, praefato monasterio collata, et per praecepta auctoritatis eorum corroborata sunt, nec non et hoc quodcunque moderno tempore illuc aspicere videtur, vel quod deinceps in ius loci ipsius divina pietas augere voluerit, etiam nostra auctoritate corroboraremus. Cuius petitionem satis dignam esse cognoscentes, id ipsum, prout nobis suggestit, firmum et stabile fore decrevimus, constituendo per omnia, quatenus praefatum monasterium, cum omnibus locis ad eum pertinentibus, sub immunitate nostra defensum consistat, et rectores illius, veluti in Constantia civitate et in Augensi² monasterio, ius sibi a nobis teneant concessum, in exigendis iam dicti monasterii rebus per advocatos eorum in placitis legalibus coactum exercere iuramentum, et ut etiam fratres, in eodem loco Domino famulantes, potestatem habeant perennem eligendi sibi inter ipsos abbatem et rectorem, sibimet congruentem et ad illorum procuracionem idoneum. Ad didimus etiam et hoc, ut quicquid praefatus episcopus Salomon ex donatione antecessorum nostrorum, Karoli videlicet et Arnolphi imperatorum, etiam et Hludouuici regis, pro eius frequenti famulatu et palatina servitute promeruit, nec non etiam ab aliis hominibus cum sui labore acquisivit, et ad saepe notatum monasterium rite contradidit, et adhuc contradere destinat, hoc est ad primum, in Rhaetia Curiensi, abbatiola Favariensis³ monasterii, iuxta placitationem traditionis eiusdem, prout facta est, atque etiam in Turgeuue curtem

¹Erzbischof von Mainz.

²Gemeint ist Reichenau.

³Pfäfers, Kt. St. Gallen, Schweiz.

II

unam, Vvihare⁴ nuncupatam, et in Alpigevve locum unum, Seuueininga nominatum, nec non et in pago Para curtem unam, Oberndorf⁵ vocatam, cum ecclesia baptismali et rebus ecclesiasticis inibi possessis et habitis, caeterisque omnibus ad praescriptam abbatiolam et alia loca supra libata, intrinsecus et extrinsecus, iusta terminatione cedentibus, universaliter hoc omne sub nostrae immunitatis defensione persistat illuc firmiter consolidatum, nullo ulterius nostrae, vel quovis potestatis nutu id ipsum immutante vel disrumpe[n]te. Et ut hoc nostrae firmitudinis praeceptum per cuncta futuri temporis spatia inviolabilem obtineat stabilitatem, manu propria nostra subtus illud firmavimus, et anulo nostro assignari praecepimus. Signum domni Chuonradi clarissimi regis. Salomon cancellarius ad vicem Pilegrini archicappellani recognovi. Data II. idus Martii, anno incarnationis dominicae DCCCCXII., indictione autem XV., anno vero suprascripti piissimi regis Chuonradi primo. Actum Argentina civitate, in dei nomine feliciter. Amen.

—

Der Textabdruck erfolgt aus TRUBBERT NEUGART (HRSG.) : Codex diplomaticus Alemanniae et Burgundiae transiuranae intra fines dioecesis Constantiensis ceu fundamentum historiae eiusdem dioecesis, 2 Bde., Ulm 1791-95, Bd. 1, S. 560, Nr. 682, der die Urkunde „*ex collectione dipl. D. Em. de Haller Bernensis*“ genommen.

 Nach der Drucklegung fanden sich im Stiftsarchiv St. Gallen noch zwei Kopialexemplare, von denen eines als gleichzeitig anzusehen und mit einem Monogramm versehen ist, das andere um das Jahr 1000 zu datieren ist. Beide wurden nicht mehr verglichen.

⁴Weiern, Aadorf, Kt. Thurgau, Schweiz.

⁵Oberndorf am Neckar bzw. Altoberndorf, Oberndorf am Neckar, RW.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Gallen

Signatur/Titel des Originals:

Urk. St. Gallen A.1 A.8

Überlieferung und Textkritik:

Abschrift, gleichzeitig und um 1000.

Editionen:

HERMANN WARTMANN (BEARB.): Urkundenbuch der Abtei Sankt Gallen, 4 Bde., Zürich und St. Gallen 1863-1899 [unveränd. ND Frankfurt am Main 1981], Bd. 2, S. 368, Nr. 767. Böhmer: Acta Conradi I., S. 9, Nr. 4. MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KÖNIGE UND KAISER, Bd. 1.: Die Urkunden Konrad I., Heinrich I. und Otto I., hrsg. Von Theodor Sickel, Hannover 1879-84 [ND 1997], S. 5 f., Nr. 5. HERMANN WARTMANN (BEARB.): Urkundenbuch der Abtei Sankt Gallen, 4 Bde., Zürich und St. Gallen 1863-1899 [unveränd. ND Frankfurt am Main 1981], Bd. 2, Nr. 756, S. 357 f.

Regesten:

Hidber: Schweizerisches Urkundenregister, Nr. 966. Regesta Imperii Abt. 1, Bd. 1, S. 825, Nr. 2075.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Straßburg

Ortsindex:

Albgau
Altoberndorf Wohnplatz (12360)
Altoberndorf, Oberndorf am Neckar, RW
Bertholdsbaar
Churrätien
Konstanz Wohnplatz (14442)
Konstanz, KN
Oberndorf am Neckar Wohnplatz (12383)
Oberndorf am Neckar, RW
Pfäfers, Kt. St. Gallen, Schweiz
Reichenau Wohnplatz (14588)
Reichenau,

IV

KN
 Schwaningen Wohnplatz (15635)
 Schwaningen, Stüh-
lingen, WT
 St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Straßburg,
Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Thurgau
 Weiern, Aadorf, Kt.
Thurgau, Schweiz